Si autem Sol in angulo fuerit, & à nullo planeta malefico intueatur, & Iuppiter aut Venus ipsum respiciat, vel cum ipso fuerit, vita patris erit prolixa. Cuius quantitatem si scire volueris, vide si Sol fuerit in aliquo locorum suprà nominatorum, in quibus potest esse Hylech, & si planeta qui super loca quatuor est Almutez Solem aliquo modo respexerit, ab eo vitæ quantitatem deprehendes, nam si ille planeta qui Almutez est super quatuor prædicta loca est in aliquo Angulorum eius annos mediocres patri tribue: Si non est in aliquo angulorum, minimos.

Notandum etiam, si Sol fuerit Hylech patri, & filio cum ☉. Secundum directiones peruenerit ad aliquem locorum prædicto-

TOTIV
distorum
us similit
Quod
stimonior
testimonio
evidente
Quod
um eodem
entur.
Superi
bus restit
si Sol H
trinitate d
fuerit in
cima, ve
Alcocho
test et
lech nec
quarta
starem h
in ea po
eam hab
vira: Si
cum v
tens ea
titatem

TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.

dictorum corruptionis vitæ, pater, & filius simul infirmabuntur.

Quòd si aliquod trium reliquorum testimoniorum patris eadem hora, & nullū testimoniorum filij illuc peruenerit, filio euadente pater morietur, & è conuerso.

Quòd si vtriusque aliquod testimonium eodem simul peruenerit, simul morientur.

Superius etiam diximus non nisi duobus testimonijs habitis iudicandum esse, si Sol Hylech patris esse non poterit in natiuitate diurna, inspice Saturnum, quòd si fuerit in aliquo angulorum, vel in vndecima, vel in quinta eum pone, & quere ei Alcochoden: Si est in loco in quo non potest esse Hylech, vel in loco, in quo est Hylech nec habet Alcochoden, sume domū quartam, & vide si aliquis eorum ibi potestatem habens, vel qui maiorem, si plures in ea potestates habuerint, aspectum ad eam habuerit, & ab eo sume quantitatem vitæ: Si non fuerit, vide partem patris: & sume vbicunque sit, & inspice: si in illa potens eam respiciat, & ab illo sume quantitatem vitæ, quod si patri Alcochoden nō

K

inue-

IOAN. TAISNIER HAN.

inueneris, breuis erit eius vita: Si autem
inueneris die seu nocte Solem, & Martem
à linea æquinoctiali æqui distantes, vel in
extremitatibus declinationis, fueritque
Mars in signo figuram hominis habente,
patris vita breuis gladio terminabitur. Si
Sol, vel dominus quartæ in die fuerit in
duodecima, pater filium ab affectu suo pri
uabit: Si dominus orientis, & cum Sole in
in angulo combustus, pater filium in vin
culis tenebit: Si natiuitas nocturna fue
rit primo per Saturnum de vitæ quantita
te require, qui si fuerit in aliquo locorum
in quibus eum ponendum esse Hylech di
ximus (in die, si Sol Hylech esse non pote
rit) pone eum Hylech, & quære ei Alco
choden, & per Alcochoden de vitæ patris
quantitate inquire, si aliquod horum de
fuerit. Si Sol fuerit in oriente, vel quarta
domo, vel quinta, pone eum Hylech, &
quære ei Alcochoden: Si nullum horum
fuerit, operare, vt supra in die de quarta,
vel parte patris operandum docuimus, &
secundum ea quæ contingunt planetis re
spicientibus Solem, & Saturnum, & quar
tam, & partem patris de fortuna, vel infor
tunio

TOTIVS ART. DININ. ENC.

tunio patris post natiuitatem iudicabis.
Hæc domus de rerum finibus iudicat, cuius principium in signo recto si fuerit dominus quoque eius in signo recto: omnes res ita geniti sine bono claudentur, si verò in signo obliquo è contrario, si planetam beneficum in hac domo existentem dominus secundè quocunque modo respexerit, nisi alteruter eorum cõbustus, vel retrogradus fuerit, natus ita pecuniam absconditam inueniet. Quòd si Saturnus in hac domo significatioque fortunè fuerit orientalis à Sole, & fortis, hæreditate mortuorum ditabitur, & agricultura. Si autem Saturnus, vel Mars, vel Mercurius infortunatus in hac domo, & in signo infortunij fuerit, & magis, si quis horum retrogradus fuerit in natiuitate principis: subditi ita geniti in eum insurgent: Vtri autem horum victoria cessura sit, poteris agnoscere per planetam in hac domo existentem, & per Almutez natiuitatis: si enim Almutez fortior fuerit, natus victoriam habebit.

De 5. domo.

K 2

Si

IOAN. TAISNIER HAN.

Si Iuppiter, & dominus quintæ, & Al-
 mutez natiuitatis fuerint in signis huma-
 nam formam habentibus, natus prole ca-
 rebit: contrarium verò contingit, si in si-
 gnis aquaticis: quòd si in alijs signis, nec
 multos nec paucos habebit natos. Nec cu-
 res Ptholemæi in libro quatuor capitulo-
 rum de prole, nec verba Hermetis in vir-
 ga aurea, quia probata sunt esse falsa. Si



planeta, qui iudicat de filijs combustus fu-
 erit, vel planetæ malefico adunatus, vel in
 malo

TOT
 malo af
 genit p
 Proba
 fuerit
 Sole, su
 fuerit p
 etiam, S
 dicant
 in nati
 mini q
 tez ori
 trem. D
 triplici
 ribus,
 de mi
 fortit
 Sen
 teris p
 ta iud
 respac
 tis sec
 signi
 fortit
 gene
 quæ
 ti dicit

HAN.
inta, & Al-
gnis huma-
is prole ca-
rit, si in fi-
gnis, nec
n. Neccu
capitulo-
tus in vir-
falsa. Si

TOTIVS ART. DIVI. ENCO.

malo aspectu aliquo eius fuerit, filij ita
geniti patre superstite morientur.

Probatū est, si Iuppiter in quinta vel 12.
fuerit, siue Orientalis siue Occidentalis à
Sole, siue in masculino, siue femini. signo
fuerit, primus natorum mas erit. Notādū
etiam, quòd dominus quintæ & Venus iu-
dicant de lætitia secundum statum eorū
in natiuitate, & secundum aspectum do-
mini quintæ ad orientem, vel ad Almu-
tez orientis, erit affectus filialis erga pa-
trem. Dixit Andruzagar, dominus primus
triplicitatis domus quintæ de filijs maio-
ribus, secundus de mediocribus: tertius
de minoribus iudicat, quisque secundum
fortitudinem suam.

Sexum autem prolis deprehendere po-
teris per hæc quatuor: per naturam plane-
tæ iudicātis de filijs, per positionem eius
respectu Solis, per proprietatem quadran-
tis secundum orientem, & per naturam
signi in quo est. Primum horum quatuor
fortissimum, sequentia ordine dicto de-
generant. Messahalla: vide partem filiorū
quæ die, & nocte sumitur addenda orien-
ti differentiam Martis ad Iouem: qui si

K 3 termi-

is fu
vel in
malo

IOAN. TAISNIER HAN.

terminabitur in signo masculino, primus natorum masculus erit, & quidem formosus. ☉ filiorum à ♂ ad ♃ vel ab Ioue ad ♄ per diem, noctu è contra secundum arales.

De sexta domo.

Primo dicendum de membris planetarum, & prius de eis quæ visum concernunt: Soli & Lunæ oculi dedicantur.

Hermes, nati maris in die ☉ Sol oculum dextrum indicat, ☽ sinistrum, in nocte è conuerso.

Fœminæ verò in die nascentis ☽ dextrum ☉ sinistrum indicat, nocte è contra: Ptolomæus tamen siue maris siue fœminæ siue die siue nocte nascentes semper ☉ oculum dextrum ascribit ☽ sinistrum.

	Die	Nocte.			
Hermes	Maris	☉ dextrū	sinistrū	} oculum	
		☽ sinistrū			dextrū
	Fœmi.	☉ sinistrū	dextrū		} auris
		☽ dextrū	sinistrū		
Ex Hermete	♄	dextra	sinistra	} Secun-	
	♃	sinistra	dextra		

TOTIVS ART. DIVI. ENCO.

Secundum Hermetem, auris dextra ♄ est tam maris quàm fœminæ, sinistra ♃ die, nocte verò è contra.

Ptolemæus semper aurem dextram ♄.

Sinistram ♃ ascribit.

Omnes ♃ linguam ascribunt.

☉	☽	♄	♃
Cor & cerebrū	pulmonē stomachū	splenem	epar
♂	♀	♃	♂ ♀
bilem	renem dextrum	renem sinistrum	pubibūda vtri. sex ⁹
♃	♃	♄	♃
Caput faciem	frontem collum	brachia humeros	pectus stomachū
♃	♃	♃	♃
cor & stomachum	diu fragma	ilia	posterior. pudenda
♃	♃	♃	♃
fœmora	genua	tibias	pedes.

IOAN. TAISNIER HAN.

Dolores planetarum in signis:

Andruzagar inquit.

♄	♃	♂	☉
pectoris	cordis	capitis	femorum
♀	♆	♃	
pedum	tibiarum	poplitis.	

Abraham huius partitionis rationem affert sic, inspicere quemlibet planetam, & scias quanta sit eius prima domus post ♃, etsi dominus illius domus reperiatur in illa, attribue ei caput, quod ♃ Arieti deputatur. Quod si ipse fuerit in secundo signo à sua domo, da ei collum quod ♃ Tauro & simile est. Quia ♃ est prima domus ♄ ad quem ♃ ita se habet, ut ♄ ad ♃, in quo ♄ dolorem pectoris significat, & ♄ pectus indicat. Et quia prima domus ♃ est ♃, in quo ♃ distat sicut ♄ ab ♃ & Leo ♄ cordis indicatius est. Ideo ♃ in ♃ cordis dolorem excitare consuevit.

Quia prima domus ♂ est ♃, ideo ♂ in eo dolorem capitis excitat. Et quia ♃ nona est à ♄ domo ☉ ut ♃ ab ♃ dolores femorum indicat. Et quare ♃ est duodeci-

ma

TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.

ma à 8 prima domo ♀, vt X ab V qui pedum dolores infligit, ideo ♀ in V pedes indicat. Quia prima domus 8 sunt II, à quibus est V 11. vt 3 ab V qui 3 demonstratiuus est, ideo 8 tibias indicat. Et quia V est 10. à 5 D domicilio vt 10 ab V, quare 10 genua significat, ideo D in V genua sibi vendicat.

K 5 Signa

HAN.
signis
femorum
rationem
neram, &
s post V,
eristur in
ieti depu
undo si-
od Tau-
a domus
ad V, in
at, & 5
mus 4
b 9 &
4 in
uit.
in eo
mona
es te-
deci-
ma

IOAN. TAISNIER HAN.

Signal	♄	♃	♂	♁	♆	♁	♃
♃ Pectus	ventrem	Caput	Femur	Pedes	Crura	Genua	
♃ ventrem	dorsum	Costas	poplitem	Caput	Pedes	Crura	Crura
♃ Ventrem	pudenda	Pectus	Crura	Collum	Caput	Crura	Pedes
♃ virilia	Femur	Pectus	Pedes	Brachia	Oculos	Oculos	Caput
♃ pudibunda	Femur	Ventrem	Caput	Cor	Humeros	Humeros	Collum
♃ Pedes	Genua	Ventrem	collum	Ventrem	Cor	Cor	Humeros
♃ Genua	Oculos	Pudenda	Humeros	Caput	Ventrem	Ventrem	Cor
♃ Mamillas	Pedes	Caput	Cor	Crura	Dorsum	Dorsum	Ventrem
♃ Pedes	Crura	Brachia	Ventrem	Femur	Pudenda	Pudenda	Dorsum
♃ Caput	poplitem	Crura	Dorsum	pedinem	Obscena	Obscena	Femur
♃ Caput	humeros	Mamillas	Femur	Cellum	Pudenda	Pudenda	Femur
♃ Humeros	Brachia	Papillas	Femur	Genua	Crura	Crura	pedinē

TOTVS
Signa inf
Planete
Si planeta
infirmiare
corporis.

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12

TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.

Signa infirmitatis sunt γ μ σ ρ χ .

Messahalla ait:

Planete } supra terram dextra pars.
 } sub terra sinistra pars.

Si planetæ fuerint afflicti supra terram, infirmitates excitant in pariete dextra corporis. Sub terra autē, in parte sinistra.

Hermes.

Domus cœli.	
1	Caput, faciem
2	Collum, ceruicem
3	Humeros, brachia.
4	Pectus, papillas
5	Stomachum, cor
6	Infima ventris.

Domus.	
7	Crura, ilia
8	vesicam, pœnem
9	Iecur, clunes
10	Genua
11	Crura inferiora
12	pedes, calcanea.

Apotelesmata.

Si

IOAN. TAISNIER HAN.

Si inueneris Almutez combustum, vel cum planeta malefico, iudica natum in membro illius signi passurum secundum partitionem quam in signo ♃ diximus.

Si ☽ fuerit in aliquo angulorum, vel in 6, cum planeta malefico nec aliquis beneficus eam respexerit, denotat in illo membro dolores seu læsionem aliquam passurum, cuius domus illa est significatiua, præcipuè si ☽ cum planeta maligno aliquod signum infirmitatis tenuerit, utputa ☿ ☽ ♃ ♃ ♃.

Item si ☽ cum ♃ sine aspectu fortunarum fuerit in signo Aqueo ☽ ♃ ♃ fuerit ipsa ☽ & ♃ eiusdem latitudinis lepræ fetidam excitabit: Si verò in signo terreo ☿ ♃ ♃, melancholicam complexionem, & plerunque morbum caducum.

Dixit Ptolomæus: si ♃ & ♃ & ♃ habuerint, Maniam, & visionem dæmoniorum significant.

Si cum ♃ aliquod aquaticorum tenuerit, minatur infortunium per aquam ebullientem. Sin aliquod igneorum, per ignem futurum nato infortunium insinuare videtur.

Si

TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.

Si in signo Aerio, per sanguinis effusionem. Si ♄ reperiat in 4. domo, vel eā ex ☐ vel ♂ respexerit, ipsaque in signo terreo fuerit, ex casu parietis natus obruetur. Sin 4. domus fuerit in signo Aqueo, in aquis submergetur.

Item Ptolomæus ait:

Si ♄ vel ♂ fuerit in ♃, ab æquo prosteretur aut interficietur.

Si dominus 7. fuerit in 3. vel in 9. & maleficorum aliquis eum respexerit, à loco ædito cadet, vel ex ruina natus interibit.

Si ☉ supra terram fuerit alligatus ♄ in cardine ortiuo, vel septimo aut decimo, vel eum intueatur ex ☐ vel ♂ absque radijs salutaribus ♃ aut ♀, cæcus efficietur, vel strabo cæcutiens,

Si ♃ dñs 6. domus fuerit à ♄ cōmaculatus, perpetuā cætitatē minatur, & eo fortius: si ♃ respexerit ☉ & ♄ sic se habentes. Item si ♃ fuerit supra terram à Saturno malæ affecta, præsertim si ipsa fuerit domina sextæ domus, in oculo cæcitatem obnuntiat. Si ♂ infecerit sua præsentia aut hostilibus radijs Solem ☉ aut ♃ ex aliquo ictu, seu percussione, hominis scilicet,

IOAN. TAISNIER HAN.

licet. Si ♂ fuerit in signo formæ humanæ.

Si in signo igneo ♃ ♄ ➔, cæcitas accidet ex ictu bestiarum.

Si in terreo videlicet ♃ ♄ ♃, ex ferro, vel fustibus.

Si in signo Aqueo, veluti ♃ ♄ ♃, ex cerebri reumate natus ita oculi aciem desiderabit.

♃ cum ♃ coniunctus, vel in aliquo eius aspectu malefico, nec ♂ nec aliquis planeta salutaris siue beneficus mercurium intueatur, linguam nati denotat impeditam siue balbutientem, præcipuè si supra terram reperiatur.

Si ♃ prædicto modo se habens fuerit in ♃ & fuerit dominus ascendentis, vel Almutez natiuitatis, mutus erit, vel impeditæ linguæ. Item si ♃ reperiatur in ♃ cum ☉ & horoscopi dominus, Marsque cum intueatur, idem portendere videtur: verum si ♂ vel ♃ non respiciat eum ♃ torrente locutionis laborabit eritque loquax atque nimium verbosus.

Si ♃ sub terra fuerit collocata cum aliquo planeta malefico in aliqua domorū, ♃ utpote ♃ vel ♃, pectoris dolorem cū
tus-

TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.

tussi excitabit. Si ♄ dominus 6. fuerit supra terram, & ☿ eum malè aspiciat seu inficiat procul existentibus beneficarum stellarum radiationibus, malum aliquod in aure dextra excitabit siue tinnitum ita quòd auditum impediet.

Sin eodem modo sub terra fuerit, splenis infirmitatem faciet.

Si ♃ fuerit dominus 6. & supra terram, à maleficis sauciatus infirmitatem siue aliquod impedimentum in aure sinistra pro uocabit. Sin sub terra eodem pacto se habuerit, epatis infirmitatem excitabit.

Si ☿ dominus 6. supra terram fuerit male affectus, infirmitatem in auricula dextra efficiet.

Si ♀ similiter se habuerit, in aure sinistra obnuntiat infirmitatem siue hebetudinem.

Si ☿ sub terra fuerit combustus, vel male affectus, natus ita ictericia laborabit.

Venus sub terra male affecta, natus renum dolores experietur.

Item ♀ cum ☿ in ♀ denotat quòd nato mentula curtabitur.

Pars infirmitatis, quæ sumitur in die à
♄ in

IOAN. TAISNIER HAN.

† in ♂ nocte è conuerso, & additur gradibus horoscopi. Si fuerit deprauata à maleficis, natus patietur ægritudinē in membro quod deputatur signo sub quo ipsa pars infirmitatis, seu Azemene reperitur.

Si Almutez dictæ partis fuerit coniunctus domino 6. vel malè eum intueatur absque aspectu benefico beneficarū stellarum, & dominus 6. fuerit oriētalis à ☉, morbus per locum illius planetæ significatus perpetuus erit: sin occidentalis pluribus infirmitatibus laborabit natus, quarum nulla erit perpetua.

Ptolomæus inquit.

Cuius ♃ vel ♄ fuerit horoscopus, erit causa suarum infirmitatū, ipsemet natus ex malo eius regimine aut cibis non conferentibus seu nimio coitu, siue crapula, vel bibitione: hoc autem dictum est, quoniam dominus orientis consueuit esse dominus sextæ domus, quam Arabes ægritudinibus deputarunt.

Inquit etiam Ptolomæus: Cuius ♃ vel ♄ fuerit in horoscopo: ipsemet natus erit causa suę mortis, quia dominus orientis & 8. idem est. Cuius autem ♃ ipse sibi
inimi-

TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.

inimicos parabit. Cuius oriens ♃, avarus erit, quia dominus horoscopi & secundæ est idem.

Si in horoscopo fuerit ♃ vel ♀, sua industria regum seu principum familiaritatem, & honorem sibi comparabit. Si oriens fuerit ♃ vel ♀, ex rebus stabilibus ditabitur.

Dominus triplicitatis 6. primus de infirmitate iudicat, Dominus 2. triplicitatis 6. de seruis Dominus 3. triangularitatis sextæ de pecudibus iudicat.

Et hæc Andruzagar:

Si status domini primæ triplicitatis laudabilis fuerit, parum ægritudinibus laborabit: Sin illaudabilis natus morbis multis affligetur.

Si dominus 2. triplicitatis sextæ: & ♃ fuerint male affecti à seruis malum consequetur natus: sin benè, bonum.

Si dominus 3. triplicitatis 6. & ♃ & Almutez horoscopi fuerint benè affecti, pecudes habebit, & ab eis vtilitatem ita genitus consequetur, & è conuerso iacturas.

De septima domo.

Ptolomæus dixit: Venus iudicat de fœ-

L. minis

IOAN. TAISNIER HAN.

minis, secundum quod ipsa se habuerit in natiuitate de illis iudica, nam si ipsa fuerit in 7. vel in 12. discordiam cum ipsis, vel pro ipsis natus habebit. Si verò in horoscopo, vel in amore mutuum cum ipsis, & vtilitatem pro ipsis non modicam.



Si Venus fuerit in ♄, amor vsque in languorem intendetur, & cum magna zelotipia, dico autem si in horoscopo fuerit aliqua domorum Veneris, vtpote in ♃ vel ♄ aut in sua altitudine, amor magis intendetur:

TOTIVS ART. DIVI ENCO.

detur: & hoc si non fuerit retrograda nec
combusta, nec infortunata.

OX Verum si ipsa combusta fuerit, & in ali-
quo angulorum, nec Iuppiter eam bene
respexerit, multa occulta, & contra naturam
committet, & magis hæc erunt, si Venus a-
liquod signorum incontinentiam tenuerit.
Sunt autem hæc χ ν ζ ρ : Quod si
Venus ν tenuerit quæ est domus casus e-
ius ardentius ignominiosis, & in naturali-
bus instabit. Si Venus in aliqua domo
Saturni, vel cum ipso, vel sub aliquo aspe-
ctu eius fuerit, sordes nascentis augebun-
tur: si Venus cum Marte, vel in aliqua do-
morum eius fuerit, vel sub aspectu eius-
dem, multum fornicabitur.

Arabes inquit.

Quot signa interijcerint à domo septima
ad $\♂$, tot maritos mulieribus por-
tendunt, à decima ad $\♀$ vi-
ris totidem vxores.

Hermes ait: si in natiuitate viri Venus
combusta sit, vxor viro citius morietur. Si
verò in natiuitate vxoris Mars sit com-
bustus, maritus vxorem in morte præce-

OXV

L 2 det.

IOAN. TAISNIER HAN.

det. Ptolemæus in iudicijs de re fœminæ
Lunam Veneri iungendam esse inquit,
nam si ambę fuerint combustę, natus vxore
carebit, & hoc magis, si ipsę fuerint in
domibus cadentibus, vel in suo casu aut
Venus fuerit retrograda.

Si Mercurius in septima, & in signo ma-
sculino nec retrogradus, nec combustus
fuerit, omnia indifferenter perpatrabit,
& committet facinora. Messahalla inquit,
in natiuitate viri, siue diurna, siue noctur-
na vide partem connubij, siue vxoris quę
sumitur à Saturno in Venerem, & additur
horoscopo: In natiuitate verò vxoris à
Venere ad Saturnum orienti quoq; addē-
da, & secundum domum in qua illa pars
terminabitur, & secundum aspectus ad i-
psam iudicabis, & sicut de natiuitate viri
per Venerem, & Lunam iudicatur, sic de
natiuitate fœminæ per Solem, & Martem
iudicabis, Solique, & Marti, dominus se-
ptimæ in hac re comparticipabit. In hac
re dñs 7. erit particeps Solis & Martis.

Ptolomæus ait: si in natiuitate lux Lu-
næ augefcit antequàm perueniat ad me-
dium spacium vitæ, naturalis natus ducet

VXO-

TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.
vxorem: Si verò lux decrefcit, in vita ſub-
ſequenti ducet.

Meffahalla, Luna crefcente in natiuitate viri iuenculæ, decrefcente autem, vetulæ ducentur.

Superiores à ☉ Sole quantò magis fuerint, tantò in ætate prouectiores, quantò inferiores, tantò iuniores ducendas eſſe ſignificant.

Si Venus, & Luna, & dominus ſeptimæ omnes inſignis bicorporeis fuerint multas vxores ducet: ſi duo tantum ex his tribus ſic ſe habuerint, pauciores, & ſic deinceps.

Si in ſigno fixo vnam, & eodem modo iudicandum erit in natiuitate fœminę per Solem, & Martem, & dominum ſeptimæ.

Dixit Andruzagar: dominus primus triplicitatis domus ſeptimæ de vxore iudicat, Secundus verò triplicitatis dominus de aduerſarijs.

Tertius verò triplicitatis dominus de comparticipatibus quamlibet rem, & ſecundum vim, & fortitudinem cuiuſuis horum, & aſpectum ad orientem, & ad dominum orientis iudicabis.

IOAN. TAISNIER HAN.

De octava domo.

Iuppiter & Venus in 8. domo, quam Arabes morti deputarunt non combusti neque retrogradi, natum ita naturali & non violenta morte interiturum significant. Aben Rages inquit, nunquam violenta morte peribit, qui habuerit ♃ aut ♀ in 8. domo.



♃ & ♀ in octava domo, vel alter ipso- rum non combusti neque retrogradi, significant natum ita naturali, & non violenta morte interiturum.

Si

TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.

Si ♃ in 8. oriens igneæ nature fuerit, ex febre tertiana, vel quartana indicat mortem nati: Si in signis aqueis, in aqua moriturum minatur. Mars in 8. & signo humano, aut in secunda facie ♃, vel prima ♄, ferro interiturum obnunciat: ♃ in octava domo cum ♁, natum laqueo interiturum insinuat.

♃ vel ♃ cum ♃: vel ☉ in 8. domo, mortem nati denotat fore violentam.

♃ in II ☉ ♃, vel ♃, natum ita laqueo, vel suffocatione interimentur.

Si ♃ fuerit in II & ☉ in ♃ per ☐ scilicet distantes in natiuitate diurna, vel ☽ in nocturna, natus ita suspendio peribit.

Hæc Ptolomæus inquit.

Si ☽ fuerit in 8. cum ♃ vel ♃ vel ♃ male affecta ex ☐, vel ☽ aspectu, natus male morietur.

Messahalla, si ♀ à ☉ distiterit 47. gradibus, siue orientalis, siue occidentalis, ♃ autem 27. & horum alter habuerit dignitatem in 8. male morietur, sed tamē istud non laudo.

Si ♃ fuerit ☽ Ioui, & alter horum sit dominus octauæ, mādato iudicis peribit.

IOAN. TAISNIER HAN. T

Si horoscopi dominus fuerit in septima combustus, & in ea ☉ nullam habuerit dignitatem essentialem, manibus multorum (qui contra ita genitum insurgent) peribit.

Si verò ☉ in ipsa domo 7. potestatem aliquam habuerit, de mandato, seu manu regis interibit.

Si dominus 8. reperiatur in 12. cum aliquo planeta malefico, vel in eius aspectu maligno, captiuus interibit, utpote in carceribus aut profugus.

Item si dominus 8. fuerit in 4. afflictus, in carcere natus morietur.

Si dominus 7. reperiatur in 9. infortunatus sub signo terreo, natus ex præcipitio, seu alto loco præcipitatus morietur.

Si ☽ fuerit in ♀ & in aliquo 4. cardinalium, & Saturnus in circulo eccentrico descendens eam in fecerit sua præsentia, vel hostilibus radijs, ventris profluuii peribit. Sin ascendens ☽ Lunam in ♀ superatam commaculauerit, ex alui constipatione obibit.

Dixit Zael: in multis natiuitatibus experimento comprobasse: Si ☽ in ♀ fuerit

TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.

rit ☉ Solis diametro fauciata, natum in aquis perijsse.

○ Si ☽ combusta fuerit in aliqua domorum ♃ & in aliquo angulorum, vitio pulmonis, & tussi interijsse.

Si ♂ dominus 8. fuerit in 7. sub signo aërio, vel aquatico, ex fluxu sanguinis per inferiores corporis partes interibit.

Si dominus octauæ horoscō. vel eius hospitatorem malè respexerit, timore, & angustia affligetur.

Si in eisdem feliciter intueatur, timore solo absque angustia affligetur.

Si dominus 8. fuerit in 8. vel ipsam feliciter irradiauerit, natus in sua patria, vel prope morietur.

Si dominus 8. fuerit in 3. vel 9. domo, inter alienos, vel extra natale solum ita genitus obibit.

Experimento sepius comprobatum est quòd plurimi nascentes in adunatione, id est, coitu ☉ & ☽ perierunt in ♀, hoc est, plenilunio. Nati verò in oppositione mortui sunt in ♂, hoc est, in ipso nouilunio.

Dominus primus triplicitatis huius 8. domus indicat de morte nati: quem si in-

L 5 ueneris

IOAN. TAISNIER HAN.

ueneris sub radijs solarib⁹, occulta morte peribit. Hæc Andruzagar. De qua iudicabis secundum qualitatem signi in quo fuerit, & secundum planetas ipsum aspicientes. Dominus verò secundus triplicitatis, de hæreditatibus mortuorum: & si dominus secundæ domus siue dominus 2. triplicitatis 8. fuerit planeta beneficus, & eum foeliciter aspexerit, aliquas hæreditates mortuorum natus affequetur vel parentes hæreditabit. Dominus verò 3. triplicitatis 8. secundum eius statum iudicat de statu cogitationum mētisq; angustijs, & pœnitentia nati dijudicat.


De nona domo.

Si dominus ascendentis reperiatur in nona domo, natus sua sponte lōga peragrabit itinera. Quòd si planeta beneficus in eadem domo nona fuerit cum eius hospitore, vel ipsum respexerit felici radiatione, in suis itineribus bene eueniet: Sin aliter è conuerso.

¶ in nona denotat metus futuros in itineribus, magis autem in mari, & præsertim in signo aqueo, & ☾ lunæ domicilio.

Mars

TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.



Mars in 9. timorem minatur in peregrinationibus longis, præcipuè terreis, nō tamen in ♄ quum sit eius altitudo.

Dominus ascendens in nona domo indicat natum longas vias affectare, & peregre proficisci debere. Dominus horoscopi in septima indicat multa itinera, quòd natus ita in suo natali solo patrijsq; laribus parum commorabitur, & secundū eius statum dijudicabis quid nato continget inter alienos, & extra patriam.

Pars itineris per terram accipitur à domino

mino

IOAN. TAISNIER HAN.

mino 9. vsque ad principium eiusdem no
næ, & adijcitur gradibus horoscopi: Dein
proijcitur ab ascendente, & vbi termina
bitur ille numerus: erit dicta pars itineris
per terram.

Pars itineris per aquam sumitur à ♄
vsque ad 15. gradum ☿ horoscopi gradi
bus addenda. Et secundum quod inuene
ris has duas partes, & planetas ipsas respi
cientes dijudicato.

Notandum, quòd per hanc 9. domum
de religione, & fide atque scientijs diju
dicant Arabes, & recutiti, in qua si Satur
nus reperiatur, & horoscopi dominus ip
sum intueatur benefica radiatione, natus
oblectabitur de rebus Philosophicis, &
arte cymnica siue Alchimia.

In quæstionibus autem siue interroga
tionibus si ♄ ita reperiatur, consultori
quæret de scientijs, vel Alchimia.

Iuppiter in 9. cœli templo à domino as
cendentis irradiatus, iudicat de legibus,
præsertim si fuerit à ☉ orientalis.

♂ De Physica.

☉ De Astronomia.

♀ De Musica.

De

TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.

¶ De Dialectica, & Arithmetica.

¶ De historijs, & itineribus.

Pars scientiæ quæ die noctuque sumitur à ♄ ad ♃, & adijcitur loco ♄ secundum planetas eam respicientes, de scientijs, & fama dijudicatio. Andruza, inquit:

Primus dominus triplicitatis ♄, iudicat de itineribus longis.

Secundus de scientijs.

Tertius de somnijs.

Et secundum statum eorum de ijs rebus fiat iudicium.

Si domus ♄. in signo fixo inchoet, vel ♄ in ea reperiatur, nisi ipsa fuerit in ♃, somnia vt plurimum vera videbuntur: in signo autem mobili, somnia nativius erunt sine effectu, & irrita.

Si ♄ fuerit dominus nonæ, in plurimis somniorum nati videbit mortuos & ploratus, dæmones, sepulturas, & vias suas fieri per loca deserta.

Si ♃ fuerit dominus nonæ in plurimis somniorum suorum videbit personas honorabiles orationes facere, & ecclesias, angelos & imagines sanctorum.

Si ♄, bella, equites, canes, equos, ignes, arma,

IOAN. TAISNIER HAN.

arma & machinas tormentales. Si ☉, re-
ges, principes & potestates. Si ♀, fœmi-
nas, puellas, pueros formosos, & omnia
odorum genera. Si ☿, libros, doctos phi-
losophos, poetas, oratores, Arithmeticos,
geometras, astrologos, scholas & eiufmo-
di. Si ♃, aquas, mare, fluuios, lacus, fon-
tes, puteos, itinera agere. Et volare per ae-
ra natus somniabit.

Sciendum inquit Abraham Iudæi.

Coniunctio ♃ & ♀ fuit in ♃ ante exi-
tum Iudæorum de Aegypto.

♃ & ♀ fuit in ♃ ante natiuitatem
Christi.

♃ & ♀ adunatio siue coitus fuit in ♃
ante natiuitatem Machometi fallacis.

♃ in nona in natiuitate Iudæorum suā
fidem constanter seruaturos indicat.

In Christianorum natiuitate, eorum
fidem neglecturos insinuat.

Sarracenorum quoque eorum fidem
infirmat.

Sol in ♄ fidem Christianorum conso-
lidat, Iudæorum, & Sarracenorum fidem
negligere facit.

♄ in nona facit Sarracenos suam fidem
serua-

TOTIVS ART. DIVI. ENCO.

servare: Christiani verò, & Iudæi nascentis fidem in irritum ducit, & incredulos facit.

De decima domo.

Si natiuitas fuerit diurna, & ♀ (quam matri per diem deputarunt) fuerit in 1. 1. domo, vel 10. aut 7. vel in ortiuo cardine, ei hilegiam concedas potestatem: nisi fuerit combusta, deinde videto quis planetarum eam respiciat & in illo loco habeat dignitatem, & illi Alcochodeam tribuas potestatem: & si Alcochoden ille fuerit in aliquo angulorum, ei contribuas annos medios: sin alibi præcipuè in succedentibus, minores: Planetæ malefici ex malo aspectu minuunt: planetæ verò benefici, ex quocunque aspectu, vel præsentia augent dona Alcochoden. Dirigendus autem est locus ♀ ad locum alicuius malefici interimentis qui proximus fuerit loco annorum Alcochodæ, & per hoc scire poterimus quantitatem vitæ Matris. At si ♀ fuerit combusta, sumito locum ☽, quâ si reperies in horoscopo, vel 7. domo in quocunque signo, vel etiam in 3. aut in 10. 11. 4. 5. in signo scemineo, assumito
cam

IOAN. TAISNER HAN.

eam Hylech, & perquirito eius Alcochoden, & negociare, vt supra.

Si natiuitas fuerit nocturna, vide si ☽ fuerit in aliquo prædictorum locorum, ponas eam Hylech.

Si nullibi (ex dictis locis) reperiatur ☽, & ♀ fuerit in domo 3. 4. 5. capias eam Hylech.

Si ☽ & ♀ tam die quam nocte non fuerint Hylech neq; habuerint Alcochodeam potestatem quod accidet, si vtraque reperiatur in cadetibus præcipue 6. vel 12. aut 8. domo, assumito decimam pro Hylech, & ab ea perquiratur Alcochodea, si non habuerit Alcochoden, perquirito partem matris, quæ per diem accipitur à ♀ in ☽ nocte è conuerso, & adijciatur horoscopo, & vbi terminabitur numerus, erit ⊕ matris, & si fuerit in aliquo 4. cardinum aut in succedentibus erit Hylech, & perquirito eius Alcochoden.

Et si non inueneris Alcochodeam, fac directiones decimæ cum ascensionibus circuli directi, & quando peruenerit ad planetam maleficam, terminabitur vita matris tot annis quot erunt gradus.

Her-

TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.

Hermes inquit : Planeta malus in ☿
minatur matris breuem vitam, aut perpe-
tuam infirmitatem.

Malefici planetæ in Leone patris citam
mortem, seu breuem vitam obnunciant,
vide quis planetarum fuerit Almutez su-
per 4. loca principalia matris.

Quæ sunt locus ♀ locus ☽ decima do-
mus, & pars matris, & secundum statum
illius Almutez, & aspectus ad illum, iudi-
ca de fortuna, vel infortunio matris.

Si ♀ vel ☽ aut vtraque reperiatur in
12. cœli hospitio, genitrix filium suum
non diliget, & è conuerso.


Quicumque habuerit aliquam stellarũ
fixarum primi honoris, seu magnitudinis
in gradu horoscopi, vel culminantis cœli
aut in gradu ☉ per diem, vel ☽ per no-
ctem diuitias, & honores maiores quàm
antecessores sui possidebit, de natura il-
lius fixæ, hoc quidem verum est, si fixa il-
la parvæ latitudinis fuerit, sin magnæ, vis
eius parum in natiuitate nati apparebit.

Pars honoris in natiuitate diurna sumi-
tur à loco ☉ vsque ad 19. gradum ♃: in
natiuitate autem nocturna à loco ☽ vs-
que

M

que

IOAN. TAISNIER HAN.



que in finem 3. gradus γ & congeries addatur gradibus horoscopi, & si planeta beneficus reperiat ibi, vel eam benefico intuitu aspexerit, secundum statum eius ita genitus honorem consequetur, è contra verò si maleficus eam partem honoris commaculauerit.

Notandum, quòd planete significantes magisterium, siue professionem operum sunt tres ♂ ♀ ♁ . Mars significat tolerantiam laboris, & agilitatem.

Dele-

TOTIVS ART. DININ. ENC.

♀ Delectationem, & gaudia.

♄ Scientiam decernit.

Si isti in natiuitate se aspexerint, operum manualium facilitatem nato contribuent, quantum libuerit, tamen secundum cuiusque statum in natiuitate dijudicandum erit.

Si ♄ fuerit in decima domo sub signo Aqueo, & in orientis cardine habuerit dignitatem aliquam, natus nauta erit vel in aquis libenter commorabitur, & piscationibus oblectabitur.

Si ♄ fuerit orientalis à ☉, fiet cerdo, vel cerdonis officio fungetur, & delectabitur cum lucro.

Si verò ♄ fuerit in 10. domo & in signo terreo, & potestatem in oriente habuerit, & orientalis à ☉, Architector erit, vel architectura oblectabitur: Sin occidentalis erit puteorum purgator, vel fossor.

♄ & ♄ in 10. domo si reperiantur, vel ♄ Saturnum ibi existētem aspexerint alteruterque horum in oriente dignitatem habuerit, agrimensor natus efficietur.

♄ De iudicibus, & Ecclesijs iudicat.

♄ In suo honore, videlicet Capicorno

IOAN. TAISNIER HAN.

aut domicilijs ♃ orientalis à ☉ milites bellatores, & exercituum ductores producit, præsertim à beneficijs fœliciter irradiatus.

In domo autem sui casus, vtpote ☽ phlebotomatores seu tōsores facere cōiuevit.

In signo igneo ferrifabros vel lignifabros.

Si ☿ retrocedens tunc respexerit sutores pannorum, vel pellium.

♂ Combustus furnarios efficit.

☉ Bene affectus dominum indicat.

♀ Caupones, histriones, mimos, lutores scaccorum, & cantores.

☿ Scribas Magistros litteratos.

♃ Mercatores, peregrinationibus deditos.

Andruzagar ait:

Primus dominus triplicitatis decimæ de matre iudicat.

Secundus de honore.

Tertius de magisterio nati, secundum cuiusque horum status dijudicandū erit.

Ptolomæus ait: Per planetam orientale à ☉ scire poteris professionem nati.

De

HAN.
is a mili-
n ductores
ys feliciter
vtpote
ficere co
el lignifa-
erit lato
cit.
dicat.
os. ino-
s.
bus de-
tecimz
ndum
fient.
entalé
De

TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.

De vndecima domo.

¶ in 11. benè affectus, & non retrogra-
dus neque combustus nec in suo casu, vt
pote in ♃, sed in Cancro, aut ♃, vel ♃
fortunatus fœlicem, & fauorem commu-
nem in rebus omnibus decernit: præci-
pue si aliquam habuerit dignitatem in ho-
roseopo, vel in loco ☉ in natiuitate diur-
na, aut in loco ☽ in natiuitate nocturna.

♀ in 11. amorem muliebrem mutuuum
significat in signo fœminæ, in signo au-
tem masculino natum ad Venerem mas-
culam inclinât, alioqui ad amplexus, & a-
mores puellularum virginum, sed ab amo-
ris principio finis degenerabit, quia hæc
11. domus opposita est quintæ, quam de-
putarunt Arabes voluptatibus & con-
uiujs.

♃ in hac domo dabit amicitiam inge-
niosorum hominum, & paruulorum, præ-
sertim in signis humanis: in alijs verò si-
gnis in matrimonijs fortunam promittit.


☉ amicitiam regum, principum, & po-
tentiorum dabit, vel facit clauigeros re-
gum, finem eius rei secundum statum ☉
dijudicato. ♃ & ♂ excitare consueue-

M 3 runt

IOAN. TAISNIER HAN.

runt rixas, controuersias, & molestias amicorum, & iacturas pannorum, nam pluri-
mi sapientes pannos, & vestes huic do-
mui ascribunt, alij verò quintæ.

☽ non combusta, nec alligata plane-
tis infortunij neque in malo aspectu ma-
leficarum stellarum, amicitias, & fauores
omnium promittit.



Pars amicorum quæ sumitur per diem
à ☉ in ☽, per noctem verò econtra, &
projicitur ab horoscopo, secundum do-
mum

TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.

num in qua fuerit & planetas hanc partem respicientes de amicis dijudicato.

Primus dominus triplicitatis ii. de amicis iudicat, secundus de mercatura, tertius de vestimentis, secundum statum horum de ijs rebus dijudicato.

De 12. domo.

Hęc domus 12. de inimicis occultis, carceribus, exilio, & quadrupedibus magnis, & domitoribus æquorum, & tauro- rum denotat, secundum naturam planetarum in ipsa domo existentium obnunciat, & ex qua parte hęc mala eueniant.

♄ Senes, rusticos, seruos, & homines inutiles atque fenes denotat.

♃ Honorabilium hominum, religionum, & iudicum inimicitias ostendit.

♁ Mulierum, violentorum hominum, latronum, pyratarumque indicat.

♀ Regum, principum, nobilium, & patris odia inimicitiasque minatur.

♂ Matris, foeminaeque sexus.

♁ Magistrorum, sapientum, eloquentium, & musicorum denotat.

♁ Populorum, & ignobilium mulierum.

IOAN. FAISNIER HAN.

Secundum igitur planetas in hac domo
existentes inimicitia nato aduenient, &
nota quòd.

Si dominus ascendens reperiat in
duodecima, ipsemet natus ita inimicitias
sibi comparabit.

Si dominus secundæ fuerit in 12. pro-
pter pecunias sæpè ei inimicitia adue-
nient.

Si 3. propter fratres aut sorores, vel con-
sanguineos, aut extra patrios lares, vel in
paruis itineribus, inimicos habebit occul-
tos.

Si dominus quartæ reperiat in duo-
decima, cum parentibus aderunt odia &
inimicitia aut propter res stabiles.

Si 5. causa filiorum, vel filium pater odi-
o prosequetur.

Si 6. seruorum causa, vel ancillarum, &
paruorum animalium.

Si 7. causa vxoris, vel cum vxore aut so-
cijs in aliquo negotio.

Si 8. propter hæreditates mortuorum,
aut ex dote vxoris lites.

Si 9. cum extraneis aut religiosis, vel in
longis itineribus.

Si


TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.

Si decime, propter principes, vel regem
 irasque potentiorum inimicitiae aderunt.

Si vndecime, propter amicos, & socios,
 vel ipsorum gratia, natus habebit lites.

Si dominus duodecimae fuerit in duo-
 decima plurimae, inimicitiae accident nato
 in die illi planetae deputato.

Si partem inimicorum, quae per diem
 sumitur à ♄ in ♀ per noctem è contra
 projicienda ab horoscopo, malefici plane-
 tae inficiant aut hostilibus radijs intuean-
 tur, inimici infortunabuntur: si planetae



M 5 be

IOAN. TAISNIER HAN.

benefici, prosperabuntur eius inimici,
contra natum.

Dominus ascendentis in 12. & in signo
humano absque redijs beneficarum stella-
rum, natus captiuabitur

Et si dominus tertiæ vel 9. aspexerit do-
minum ascendētis in cacodemone suppu-
tatum, à captiuitate tandem liberabitur
vel ab exilio reuocabitur

Si dominus ascendentis fuerit combu-
stus in duodecima domo, natus in capti-
uitate siue carceribus morietur

Si dominus ascendentis fuerit combu-
stus in ortiuo cardine siue horoscopo, bre-
uem vitam insinuat.

In secunda, paupertatem

In tertia, fortuniam à fratribus, vel con-
sanguineis aut ipsorum gratia.

In quarta, vel octaua natus in carcere
peribit.

In quinta: & signo Aqueo, ebrietate.

In sexta, longa egritudine conflictatus in-
teribit: In 7. vxor erit causa suæ mortis,
secundū naturā signi, vt si fuerit terreum
ex præcipitio.

Si igneum per ignem.

Si

TOTIVS ART. DIVIN. ENCO.

Si in nona, periculosa itinera patietur.

In decima, in carcerib' iussu principis.

In ii. propter amicos malū, & pericula.

Si planeta maleficus fuerit in duodecī
ma, sub ♄, vel ↗ ab æquo calcitroso siue
alio animali præcipitabitur.

✠ Vel ♂ in duodecima, vel ♀ infor-
tunatus pericula vitæ obnuntiat propter
bestias masculini generis si in signo ma-
sculino. Fœminix autem per fœminas.

✠ De asinis ♃ de dromedarijs.

♂ De multis filijs asini, & equæ.

⊙ Ab equis, vel mulabus.

♀ De filijs equi, & Asinæ.

♁ De Camellis.

♃ De bobus, seu bucefalis.

Secundum ♃ statum si fuerit male di-
sposta ex parte boum vel percussione.

Primus dominus triplicitatis duode-
cime, de inimicis.

Secundus, de angustijs, & carceribus.

Tertius, de pecoribus seu pecudibus,
& arietibus.

F I N I S.

De

De 4. ventis Cardinalibus.

Manilius libro 4.

QVatuor in partes cœli describitur
orbis,
Nalcentē lapsūq; diē mediosq; calores
Teq; helice: totidē venti de partibus illis
Erūpunt, sœuūq; gerūt per inania bellū.
Asper ab Axe ruit Boreas, furit Eurus ab
ortu,
Auster amat medium Solem, Zephirus-
que profundum,
Hos inter binæ medijs è partibus auræ
Erumpūt similes mutato nomine flatus.

Ouidius 1. Methamorphoseos.

EUR* ad aurorā, nabatheaq; regna recessit
Perfidaq; & radijs iuga subdita matutinis
Vesper, & occiduo q̄ littora sole tepescūt
Proxima sunt Zephiro, Scythiā septem-
que triones
Horrifer inuasit Boreas, contraria tellus
Nubibus assiduis pluuiōq; madescit ab
austro.

Ventus est terrę exhalatio calida, & sicca,
lateraliter circa terram mota.

IOAN-

IOANNI TAISNIER HAN-
NONIO DOCTORI, EXPERTIS-
simo Mathematico Caspar
Spoetz Antuer-
pianus.

Quid motus cœli & lucētia sidera præstāt
Rebus in humanis illa quid efficiunt.
Hæc solus nosti certo expertis. Taisnier,
Saltē arte hac raros nouimus esse pares.
Et quia cœlestū est diuina scientia rerum,
Quæ nisi diuinis noscitur ingenijs,
Sæpius Vranię mendacē spreuimus artē,
Sæpeq; fallaces nouimus Astrologos.
Sed tu præ cunctis hodie es mortalib. ille
Veros effectus sidereosq; notans.
Fortunā vitāq; hominū pmittis ab ortu,
Iudicio nunquàm decipiente tuo.
Mens tua diuina & casus præfaga futuri,
Mortales cogit nomen amare tuum.
Viuere te cupiūt multos fœliciter annos,
Posteritas poterit tum meminisse tui.

F I N I S.

JOANNIS TAISNII HAN.

NOVIO DOCTORI, EXPERITIS-


AME Mathematico Caspar

Species Arith-

metice

Quid motus est & hinc hinc
Redit in hunc mundum
Hic solus non est
Sicut in hac re non
Et quod est illud
Quod est hinc hinc
Species Arithmetice
Sicut in hac re non
Vero effectus
Forma hinc hinc
Indicium hinc hinc
Mors hinc hinc
Mortales cogit
Vincere hinc hinc
Possentia potentia

FINIS



~~Handwritten text, possibly a title or signature, in a cursive script.~~

